Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Macha

eis ut pmaneat · et exiit Nicanor ab Jerusalem et castra applicat
ad Bethoron et occurrit ei exercitus Syrie et Judas applicat contra ad
ea tribus milibus et orauit Judas et dixit Qui missi sunt a Re
ge Sennacherib die quia blasphemauit et exiit angelus et percussit
ex eis Centum lxxxv milia Sic pereat exercitus istius hodie coram
nobis et scient ceteri quia mala loquitur super sanctuarium · et iu
dicia illius pro malitia illius et commiserunt exercitus prima xiiij
die mensis Adar et conuersa sunt castra Nicanoris et cecidit ipse primus
cum pliis Vt uidit autem exercitus eius quia cecidit Nicanor proiecerunt
arma sua et fugerunt et persecuti sunt eos uia diei usque ab Ada
zor usque quo ueniatur gazam · et albis canentes post eos cum significa
tionibus et exierunt de omnibus castellis Jude circumiacentibus et ueniebant
eos cornibus et conuertebantur iterum ad eos · et ceciderunt de gladio
et non remansit ex eis usque unus · Et acceperunt spolia eorum et prida
et caput Nicanoris amputauerunt · et dexteram illius quam extendit
superbe et attulerunt et suspenderunt coram Jerusalem · Et letatus est populus ualde et egerunt diem illam in letitia magna · Et constituit
agere omnem diem istam xiiij diem mensis Adar · Et fuit terra Juda dies
paucos Sequitur capitulum octauum primi Machabeorum

VIII

Et audiuit Judas nomen Romanorum quia sint potentes uiribus
et acquiescunt ad omnia quecumque postulant ab eis · et quia iniuriam fecerunt
ad eos · statuerunt cum eis amicitiam · et quia potentes sunt uiribus
audierunt plia et uiros bonos qui fuerunt in galatia et quia obti
nuerunt eos et duxerunt sub tributum · et quanta fecerunt in regione
hispanie et quia in potestate redigerunt metalla argenti et auri quia illic
sunt et possederunt omnem locum consilio suo et patientia et locum quem
longe erant ab eis et reges qui euenerunt illi ab extremis terre
et contriuerunt et percusserunt eos plaga magna Ceterum aut dare
eis tributum omnibus annis et philippum et perseum cetharum rege
et ceteros reges qui adiunxerunt eos arma tulerunt contriuerunt
bella et obtinuerunt eos et Antiochum Regem magnum asie
qui eis pugnam tulerunt habens centum viginti elephantos
et equitatum et currus et exercitum magnum ualde · contentus ab
eis quia experuit eum uinum et statuerunt ei ut daret ipse et